Nieuween, Janus Henricus
Specimen criticum in
Hetoemoclis epistolam

B. E. Perry
1927

J. H. Nieuwveen
Specimen Criticum
Diss Leiden 1840

SPECIMEN CRITICUM.

SPECIMEN CRITICUM

IN

HETOEMOCLIS EPISTOLAM.

1840

SPECIMEN CRITICUM

IN

HETOEMOCLIS EPISTOLAM,

QUAE LEGITUR IN

SYMPOSIO LUCIANEO,

QUOD

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI,

JOANNIS RUDOLPHI THORBECKE,

Jur. R. et H. D. et Prof. ord.,

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS PHILOSOPHIAE THEORETICAE ET LITERARUM HUMANIORUM DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus,

SUMMISQUE IN DISCIPLINA PHILOSOPHIAE THEORETICAE ET LITTERARUM HUMANIORUM HONORIBUS AC PRIVILEGIIS,

In Academia Lugduno-Batava,

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

DEFENDET

JANUS HENRICUS NIEUWVEEN,


LUGDUNO-BATAVUS.

AD DIEM XIX SEPTEMBRIS MDCCCXL, HORA I—II.

LUGDUNI-BATAVORUM,

APUD C. C. VAN DER HOEK,

MCCCDXL.


LIBRARY
JUL 13 1967
UNIVERSITY OF TORONTO

PATRI

OPTIMO,

CARISSIMO.

MONITUM.

Hunc libellum, in quo annotationis, quam in Luciani Symposium *conscripsi, pars exhibetur, temporis angustiis coactus praemitto, ut quam primum gradum doctoratus capessam. Totum* Symposium *annotatione instructum postea prodibit.*

SPECIMEN CRITICUM

IN

HETOEMOCLIS EPISTOLAM.

§. 22. Ἑτοιμοκλῆς φιλόσοφος Ἀρισταινέτῳ. Haec epistola, qua venustius, facetius, elegantius vix quidquam in arte satyrica reperiatur, atque *δεινότατον ἑαυτοῦ φαίνεσθαι* Lucianum in ea merito dixeris, scripta esse fingitur a philosopho quodam, ex eorum genere scilicet, qui a Luciano, tum alias, tum potissimum in Hermotimo sale vere Aristophaneo sugillantur, quique graviter sese offensum existimabat, quod ad coenam non esset vocatus. Est autem ita comparata, ut, quo se pulchre defensum putaverat homo, nihil ab eodem proferatur, ex quo abjecta ejus natura deperditique mores non appareant. Ejusdem propemodum argumenti sunt *Timonis* §. 56 et 57.

μοι. habet cod. Gorl., Reitzius *μου.*

ὅσγε. Vertit interpres *qui quidem*, malim *quippe qui.* Solet enim *ὅσγε* sic positum usurpari pro *ὅτι αὐτὸς*, ubi sequitur fere *οὐδὲ* vel *καὶ*, ut *οἷος* pro *ὅτι τοιοῦτος* vel *ὅτι τοσοῦτος*, frequenti usu apud Lucianum. *Philops.* 16. *Tox.* 2. *Nigrin.* 26. *Deor. Dial.* XVII. 2. alibi. Similiter Plato *Jon.* p. 541. C. *πολλοῦ δεῖ σ' ἐπιδεῖξαι, ὅσγε οὐδὲ ἅττα ἐστὶ ταῦτα — ἐθέλεις εἰπεῖν.* *Phaedon* p. 96. E. *Πόῤῥω που νὴ Δί' ἐμὲ εἶναι τοῦ οἴεσθαι περὶ τούτων τὴν αἰτίαν εἰδέναι·*

ὅσγε οὐκ ἀποδέχομαι ἐμαυτοῦ κτλ. *Thucyd.* I. 11. *ῥᾳδίως ἂν μάχῃ κρατοῦντες εἷλον· οἵγε καὶ οὐκ ἀθρόοι, ἀλλὰ μέρει τῷ ἀεὶ παρατυχόντι ἀντεῖχον.* De hoc usu quaedam monuerunt Wyttenb. ad *Sel. Princ. Hist.* p. 347. Matth. Gr. Gr. §. 480. not. 1 et 3. *ὅσγε* autem et *ὅστε* quid differant accurate exponit Hermann. ad Soph. *Oed. Tyr.* vs. 688.

οὐδὲ πώποτε. Cod. Oxon. *οὐδέποτε* exhibet. Cum futuro *οὐδέποτε* tantummodo construi, *οὐδὲ πώποτε* autem cum praeterito contendit Brunckius ad *Aristoph. Lysistr.* v. 301. et *Eccles.* 384. « Quae pauca, inquit, afferuntur e solutae orationis scriptoribus loca contraria, aut editorum libidinem, aut malam librariorum manum experta sunt. " At falsum hoc esse praeceptum, neque *οὐδέποτε*, etsi cum futuro vulgo jungatur, tamen apud optimos scriptores non interdum cum praeterito construi, *οὐδὲ πώποτε* autem nunquam cum futuro, luculenter apparet ex iis, quae de harum particularum usu disputarunt VV. DD. Dawes. *Miscel. Crit.* p. 198. Pierson ad *Herodian.* p. 461. Wolf. *Apparat. Crit. ad Dem.* p. 196 sq. et Lobeck. ad *Herod.* p. 457 sq.

φέρων. Egregia est Hemsterhusii ad *Dial. Mort.* VI. 3. de vi ac potestate hujus participii disputatio, « post quem, (sic enim dudum Dorvillius ad Char. p. 520), quis Iliada canere suscipiat ? " Itaque altum mihi silentium servandum existimarem, nisi non omnem obsolvisse quaestionem intellexissem. Hunc autem lepidissimum locum, ab interpretibus aut prorsus neglectum, aut negligenter Latine conversum, commemoravit tantum, ceterum intactum reliquit. Siquidem enim multis in locutionibus participio *φέρων*

varia pro diversis orationum formis ac verbis aptatur potestas, rectam ejus notionem consequi non licet, nisi interioris cujusvis sententiae recessus excutiantur. Constat, ubi animi propensio agendique studium declaratur, φέρων significare *ultro*, *dedita opera*, ita ut nonnunquam per μετὰ σπουδῆς καὶ ὁρμῆς explicare liceat, qua fere notione h. l. accipiendum esse arbitror, ut sententia haec sit: *quippe qui multis quotidie molestias facessentibus, multum te ditioribus, nunquam tamen ultro me illis dederim;* hoc autem significare videtur Stoicus, non sese discipulis divitibus se obtrudere, cujus rei illius temporis philosophi accusari solebant, sed non sine magna reluctatione invitantibus obsequi. Nec minus exquisite verbum ἐνοχλεῖν Stoici stultam arrogantiam exprimit, cui venuste respondet φέρων. Ad hunc singularem loci leporem non attenderunt Intpp, φέρων illud prorsus negligentes. Cf. *Necyom.* 8 *Tim.* 22. *Hermot.* 52; plura indices dabunt. Post Hemsterhusium in explicando hoc pseudopleonasmo, ut vocatur, versati sunt Valcken. ad *Phoen.* 260. Hoogev. et Hermann. ad *Viger.* p. 352 et 776. Jacobs. ad *Achill. Tat.* p. 431. Wyttenb. ad *Plut. de educat. puer.* p. 4. B. De aliis hujus generis partic., ut sunt ἔχων, ἄγων et simil., perinde usurpatis: Taylor. ad *Aeschin in Ctes.* p. 474. Valcken. ad *Phoen.* 481. Schaef. ad *Sophocl. Oed. Tyr.* 741. Weiskius *de Pseudo-pleonasmo Gr.* p. 125. sq. Matth. Gr. Gr. § 557. — Mox pro μόνος Cod. Gorl. et Ed. Flor. praebent μόνον.

ἐν γειτόνων Belinus ex Cod. Par. 2955 rescribendum putavit ἐκ γειτόνων, quod vehementer Leh-

mannus improbat, necessario h. l. ἐν γειτόνων requiri affirmans. Verum tamen interdum nihil differre, eademque notione usurpari, docent Bergler. ad *Alciphr.* Ep. II. 2. *Boisson. ad Aristaen.* p. 510. In Cod. autem Oxon. ἐγγειτόνων legitur. Quae ab Abreschio in *Animadv. ad Aeschyl.* p. 174. movetur quaestio, ab Reitzio explosa, de praep. ἐν, utrum per se genitivo jungi queat, nec ne, plane ab h. l. aliena est, nam peculiaribus istis in formulis voc. οἶκος, vel simile quid, subaudiri constat. Legitur nonnunquam ἐς γειτόνων, ἀπὸ γειτόνων cet. Vid. Kuster. ad *Arist. Plut.* 435. Schaef. ad L. Bos. Ell. p. 296 et 342. et laudatos ab eodem. Bernhard. *Synt. Gr.* p. 226.

πλακοῦντος. Sic restituit Schmiederus ex Cod. Par. 2955. pro πλακούντων in Reitzian. et Cod. Gorl.

ἃ παρ' ἄλλοις ἀφθόνως ἀπολαύω. Hunc locum mirum in modum vexarunt interpretes, in quo tamen ne minimum quidem vitium latere contendere ausim. Moniti a Solano, qui locum suspectum sibi videri adscripserat, vitium Schmiederus et Lehmannus quaesiverunt in accusativo ἃ cum verbo ἀπολαύειν juncto, quae structura sententiae loci non admodum convenire censuerunt; igitur Schmiederus pro ἃ legendum conjecit ὧν, cujus rationem satis mirari non possum Lehmanno non improbabilem videri, qui tamen ipse vitii sedem in verbo ἀπολαύω quaerendam esse putavit, quod saepius ab librariis cum verbo ἀπολαβεῖν confusum esse pluribus locis notavit; sed neque verbum ἀπολαύω, hoc quidem loco eleganter positum, extrudendum est, neque pronomen ἃ mutandum. Constat enim verbum ἀπολαύειν sic construi,

ut accusativus ei adjunctus notet rem ipsam, qua fruimur, genitivus autem, qui accedit, personam vel rem unde bonum malumve aliquod vel incommodum nobis proficiscitur. *Arist. Eccles.* 426. ἵνα τοῦτ' ἀπέλαυσαν Ναυσικύδος τἀγαθόν. *Avib.* 1358. *Thesm.* 1008. *Plat. Crit.* p. 54. A. *Luc. Pseudol.* τὰ κακὰ σοῦ στόματος ἀπολαύω. *Dial. Deor.* X. 2. Sed hoc vel lippis et tonsoribus notum. Rarius additur praepositio ἀπὸ vel ἐκ, unde genitivus pendet. *Plat. Rep.* X. p. 606. C. ὅτι ἀπολαύειν ἀνάγκη ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων εἰς τὰ οἰκεῖα. *Xenoph. Memor.* 4. 3. 33. *Symp.* 33. *Luc. Hermot.* 78. Quod autem Matthiaeus observat ex loco *Isocratis c. Soph.* p. 293. B. οὐκ ἂν ἐλάχιστον μέρος ἀπελαύσαμεν αὐτῆς, liquere Graecos in genitivo subaudire partem, me assentientem non habet, αὐτῆς enim minime cum voc. 'μέρος jungendum, sed pendet revera a verbo ἀπελαύσαμεν, seu malis a praepositione intellecta, et vertendum *ex ea* scil. *philosophia.* Exempla autem accusativi, omisso genitivo, cum verbo ἀπολαύειν juncti duo in promptu habeo, alterum ex *Isocrate de Pace.* p. 175. B. ἀπολαύσω τι φλαῦρον, alterum ex *Aristaeneto* Ep. I. 3 fine. τὸ χωρίον, καὶ τοιοῦτον συναπολαύε τῇ ποθουμένῃ Μυρτάλῃ. Vid. Matth. Gr. §. 327, qui tamen omnem quaestionem non complectitur, et Bernhardium, infeliciter autem unicum hujus posterioris usus locum Diphili ap. Athen. VI p 227. F. admoventem, ubi verbum ἀπολαύειν vitii suspicione non caret. Quum igitur dicatur ἀπολαύειν τι τινὸς, ἀπολ. τι ἐκ vel ἀπὸ τινὸς, ἀπολαύειν τι simpliciter, quidni dici possit ἀπολαύειν τι παρά τινι *apud aliquem*? Ex iis, quae dixi, satis liquidum esse arbitror, injuria hunc lo-

cum criticam manum passum esse.

§. 23. *καταληπτικὴν φαντασίαν.* Stoicorum φαντασία quid sit discitur ex *Plut. Plac. philos.* IV. 12. φαντασία ἐστι πάθος ἐν τῇ ψυχῇ γινόμενον, ἐνδεικνυμένον ἑαυτῷ καὶ τὸ πεποιηκός. οἷον, ἐπειδὰν δι' ὄψεως θεωρῶμεν τὸ λευκόν, ἐστὶ πάθος τὸ ἐγγεγενημένον διὰ τῆς ὁράσεως ἐν τῇ ψυχῇ. — εἴρηται δὲ φαντασία ἀπὸ τοῦ φωτός· καθάπερ γὰρ τὸ φῶς ἀυτὸ δείκνυσι, καὶ τὰ ἄλλα τὰ ἐν ἀυτῷ περιεχόμενα, καὶ ἡ φαντασία δείκνυσι ἑαυτὴν καὶ τὸ πεποιηκὸς ἀυτήν κτλ. Erat autem duplex καταληπτικὴ et ἀκατάληπτος. Vide, praeter alios multos, Menag. ad *Diog. Laërt.* VII. 46. et Davis. ad Cic. *de Fin.* III. 4.

θαυμαστῶν. Hoc vocabulum raro sine cavillatione quadem Lucianus usurpat, quo fit ut interdum cum altero θαυμάσιος in libris confusum reperiatur. *Vit. Auct.* 11. καὶ ἰδιώτης γὰρ ἐὰν ᾖς, ἤτοι σκυτοδεψὸς ἢ ταριχοπώλης ἢ τέκτων ἢ τραπεζίτης, οὐδέν σε κωλύσει θαυμαστὸν εἶναι. *Hermot.* 74. οἷα καὶ ἡ θαυμαστὴ γεωμετρία ποιεῖ. *Ibid.* 35. *Nigrin.* 1., quibus in locis ut in aliis multis Platonem imitatus esse videtur. Cf. *Cratyl.* p. 391 D. *Symp.* p. 182 E. *Republ.* X. p 596 C. vid. C. F. Hermann. ad *Luc. de Conscr. Hist.* p. 175.

ἀπείη δὲ ἡ Ἀδράστεια. Omnes libri δὲ καὶ ἡ Ἀδράστ., in uno cod. Par. apud Boissonn. ad *Aristaen.* p. 490 omissum est καί. Animadvertendum est h. l. Ἀδράστεια simpliciter pro invidia accipiendum esse: perinde est enim ac si dixisset ἀπείη δὲ φθόνος, cum proprie sit perjuriarum vindex Dea. Solebant autem Graeci dicto exultantiori, vel insolenti aut invidioso Ἀδραστείας nomen sic praefari ut illius numinis

iram deprecantes eam sibi propitiam redderent. Multae sunt in veterum libris admonitiones ut ab arrogantia, praesertim in dicendo, temperemus, ne in superorum invidiam incidamus, ex quibus maxime celebratum est *Euripidis* dictum in Rheso. v. 342 : *'Αδράστεια παῖ Διὸς εἴργοις στομάτων φθόνον.* Rem illustrarunt Erasm. in *Adag.* p. 724 tit. *Adrastia Nemesis*, Henr Steph. *Animadv. in Erasm. Adag.* p. 9. Bergl. ad *Alciphr.* T. I. p. 188. *Wagm.* Blomfield. ad *Aeschyl. Prom.* vs. 972. Dorvill. ad *Charit.* p. 332. Valcken. ad *Herodot.* III. 40. Wijttenb. ad *Plut. de S. N. V.* p. 436. Intpp. ad *Aristaen.* p. 241 et 490 ed. *Boiss.* Quorum VV. DD. miror neminem memorem fuisse *Juliani Imper.* Ep. 29. *'Αδράστεια δ' εὐμενὴς εἴη.* et Ep. 49. *ἵλεως δὲ ἔστω τοῖς λόγοις ἡμῶν Ἀδράστεια*, ubi contrario sensu nostri l. dictum.

ἀποφράξαι ἄν μοι τάχιστα δοκῶ. Bernhardius Synt. Gr. p. 366. *δοκῶ μοι* vulgo cum Infinitivo futuri construi docet, possitne praeterito tempori apponi, nec ne, nihil omnino addit. At magna est ejus cum iis verbis, ut sunt *θέλω*, *ἀξιόω*, *ἔοικα* cet. similitudo, quorum alia aoristis, futuris alia adjungi solent; « nullum autem, inquit Lobeckius ad *Phryn. Parerg.* c 6, tam fixos terminos habet, ut non aliquando, aut in significationem aut in constructionem alterius succedat; quamquam ne hoc quidem satis concoquere potuerunt veteres illi magistri, qui omnia mallent ad perpendiculum directa." Plurima horum verborum ad certam normam redigere studet *Thomas Mag.* p. 159 — 168 ed. *Bern.*, qui licet in ceteris magna cum probabilitate a Lobeckio reprehensus, hoc tamen recte monere videtur, verbum *δοκεῖν* tribus temporibus ad-

jungi. Satis magnum cum futuro structurae exemplorum numerum suppeditat Lucianus. *Catapl.* 26 παραλείψειν μοι δοκῶ. *De salt.* 75 ἤδη ἐπιδείξειν μοι δοκῶ. *Tim.* 34. *Rhet. Praec.* 7. *Dial. Mort.* X. 4. *Pisc.* 29. *Tox.* 27. al. Cf. Brunck. *Supplem. Emendat. in Arist. Plut.* p. 194. Heind. ad. *Plat. Phaedr.* p. 200. Schaef. ad *Poët. Gnom.* p. 16 sq. *Apparat. Crit. ad Dem.* T. I. p. 215 sq. Rarius cum Aor. Infin. jungitur, qui, ex sententia Hermanni ad *Eurip. Med.* ed. *Elmsl.* p. 372, tum demum usurpatur, ubi de re exigui temporis et instante sermo est, futuri autem de re diuturniore vel olim futura. *Luc. Paras.* 45. extr. δοκεῖ δὲ οὐδὲ ἂν παύσασθαι παρασιτῶν. *Arist. Avib.* vs. 671. ἐγὼ μὲν καὶ φιλῆσαί μοι δοκῶ. Cum Praesentis Infin. *Vesp.* vs. 177. ἀλλ' εἰσιών μοι τὸν ὄνον ἐξάγειν δοκῶ. plura dedit Wetsten. ad. N. F. T. II. p. 632.

ε ἴ π ω τ ι, κ ε ρ α τ ί ν α ν. Sic bene distinxit Kusterus, antea legebatur εἴπω, τι κερατ. Formam κερατίναν, quae in omnibus libris legitur, improbat Lehmannus, ceteri commentatores tacent. Nominativum κερατίνας primae decl., cum nusquam obtineat, illegitimum esse nemo dubitabit; quae autem Quintiliano *ceratinae* et *crocodilinae* dicuntur, iis *ambiguitates* sive *quaestiones* intelligi volunt; ego vero a Graeco κερατίνη et κροκοδειλίνη simpliciter factum puto. Apud *Diog. Laërt.* II. 60 legitur κερατίνην, solet etiam dici κεράτινος λόγος ut in *Vit. Zenon.* VII. 187. Ceterum recte Lehmannus aut κερατίνην aut κεράτινον legi posse observat. De syllogismis, quibus imprimis delectabantur Stoici multa passim in Luciano occurrunt. *Hermot.* 79 *Vit. Auct.* 22. *Bis. Accus* 22. *Dial.*

Mort. I. 2. Pisc. 11. *Herm.* 18. Gall. 11. *Bis Acc.* 31. alib. Cf. *Politian. Miscel.* Cap. 54 et Menag. ad *Diog. Laërt.* II. 208., quos laudat Solanus. Mox pro σωρείτην in Gorl. scriptum σωρίτην.

§. 24. τὴν ἀπολογίαν, ὕστερον ἐπιλαθέσθαι. Ita distinguo cum Edd. *Ald.* 1 et 2 et *Hag.*; perperam Reitzius, quem male secuti sunt editores, ex Edd. *Bas.* 1 et 3 post ὕστερον distinxit. Ratio autem non modo ex sententia derivanda, sed ipsa quoque Grammatica perspicue indicat. Ubi enim post ὅπως μὴ conjunctiv. praesentis sequitur, de re praesenti sermo est, quodsi vero voc. ὕστερον ad verbum ἔχειν referas, indicat. futuri vel conjunctiv. aoristi requiritur. Similiter § 26. Ταῦτά σοι ἀπὸ πολλῶν ὀλίγα παρεθέμην, ὅπως μάθῃς οἷον ἄνδρα παραλιπὼν κτλ. id est *ut (nunc scil.) cognoscas;* quodsi scripsisset ὅπως μάθοις, hoc dixisset: *haec attuli ut illo tempore, aut in posterum, cognosceres.* De hac constructione part. ὅπως et ὅπως μὴ vid. Dawes. *Miscel. Crit.* p. 227. Heindorf. ad *Plat. Phaedon.* p. 44. ad *Protag.* p. 476. Herm. ad *Viger.* p. 789. Elmslej. ad *Soph. Oed. Tyr.* vs. 1075. Bernhard. *Synt.* Gr. p. 402 sq. Cod. Oxon. voc. ὕστερον omittit.

πράγματι. Solanus conjecerat πράγμασι, quod per compendium sic scriptum πραγμ̄, in Oxon. postea se reperisse testatur. Vulgatam Lehmannus praetulit, quam interpretatur *convivii nuptialis apparitionem*, rem gratam admodum et laetam; discrimen vero, quod fingit, ut plur. πράγματα habeat adjunctam notionem molestiarum, aerumnarum, incommodorum ac laborum, velut in celebrato illo, quod mihi in mentem venit, Epicuri effato apud *Diog. Laërt.* X.

139: *Τὸ μακάριον καὶ ἄφθαρτον οὔτε αὐτὸ πράγματα ἔχει, οὔτε ἄλλῳ παρέχει· πρᾶγμα* autem dici de re graviori, id non semper obtinet. Similis praesenti loco est Plut. Amat. p. 749. F. *οἴκου καὶ γάμου καὶ πραγμάτων μεγάλων ἀποστεροῦντα τὸν φίλον.* Nec raro *πράγματα* notat imperium ac potentiam, et saepissime rei publ. administrationem; cujus usus multa exempla colligerunt Baehr. ad *Plut. Vit. Flam.* p. 119. Krueger. ad *Dionys.* p. 269.

προσηγόρευσα. Sic in codd. Oxon. Par. 2955 et Gorl. pro vulg. *προσηγόρευκα.* De philosophis sportulae causa *ἕωθεν μὲν ἐν ἀσπασμοῖς διατρίβουσιν — εἰς ἑσπέραν δὲ ἐμπιπλαμένοις καὶ μεθυσκομένοις* multa disputat Hemsterhusius ad *Luc. Nigrin.* 22.

ἐπὶ τῆς οἰκίας. Reitzius maluit ex Cod. Oxon. *ἐπὶ τῇ οἰκίᾳ* scribi, cui eam ob causam assentitur Belinus, quod ad explicandum hunc genitivum ellipsi opus esse putabat vocis *οὐδῷ*, merito reprehensus a Lehmanno vulg. lectionem defendente. Gorl. et duo Par. *τὴν οἰκίαν* exhibent.

Ἀνακείῳ. Scholiast. Vossii. — οὕτω δὲ λέγεται Ἀνάκειον προπαροξυτόνως, ὅσα ἀπὸ κτητικῶν συμπέπτωκει, ἢ ἐπιθετικῶν ἐχόντων τὴν ει δίφθογγον. καὶ ἐκεῖνα προπαροξυτόνως, οἷον Ἡράκλειον, οὕτω γὰρ Ἡράκλειος ἆθλος. Χαρώνειον, Ἀνάκειον, Ἀνακτόρειον, Βασίλειον, καὶ Μαυσώλειον ἔργον, quod fere in omnibus communi usui respondet; similia praecepit Arcadii MS. apud Bastium ad *Grammat. Meermann. de Dial. Jonica: Τὰ διὰ τοῦ ειον ὑπὲρ τρεῖς συλλαβὰς μὴ ὄντα ἐπὶ μηνῶν ἢ κύρια προπερισπῶνται, ἁπλᾶ ὄντα ἢ παρασύνθετα, θωρακεῖον, πανδοκεῖον, διδασκαλεῖον, βαλανεῖον, ἐλεγεῖον. τὸ δὲ κηρύκειον τὸν*

τοῦ κηρύκειος τόνον ἐφύλαξε. τὸ ὠκυτόκειον καὶ ἄλλα σύνθετα προπαροξύνεται, καὶ τὰ κτητικὰ ὥσπερ τὰ ἀρσενικά, Ἡράκλειον, Αἰάκειον, Διοσκόρειον. τὸ δὲ Ἡφαιστεῖον προπερισπᾶται, καὶ τὸ Κορυβαντεῖον, ναὸς τῶν Κορυβάντων. In accentus autem hujusmodi nominum p sitione magna est Grammaticorum dissensio, unde factum videtur, ut librarii summopere variare soleant. Ab Hemsterhusio in not. ad *Tim.* 10, omnino ad hunc locum adhibenda, perpetuo scriptum est *Ἀνακεῖον*. Multa disserit Lobeck. ad *Phryn.* p. 367 sqq. de hac scriptura, nec tamen litem, non facile sane componendam, dirimit. Cf. Ejusdem Viri doctissimi *Paralip. Gr. Gr.* p. 321 sqq.

§ 25. *παρέλαβεν.* Scriptum in Oxon. *παρελλ^α*, quo compendio significari *παρέλλαβεν* sive *παρέλαβεν* docuit Bastius *Comment. Palaeogr.* p. 786.

ἢ λάθετ' ἢ—θυμῷ. *Hom. Iliad.* IX. 529 sqq. Vid. *Pausan. Messen.* p. 357. *Ovid. Metam.* VIII. 273. Lucian. in *De Sacrif.* 1. eorum ridens stoliditatem, qui gaudere deos adulantibus, aut indignari negligentibus opinentur, Dianae iras perridicule *παρῳδεῖ: καί μοι δοκῶ ὁρᾶν*, inquit, *αὐτὴν ἐν τῷ οὐρανῷ τότε μόνην, τῶν ἄλλων θεῶν ἐς Οἰνέως πεπορευμένων, δεινὰ ποιοῦσαν, καὶ σχετλιάζουσαν, οἵας ἑορτῆς ἀπολειφθήσεται* Hunc librum Lucianum auctorem non habere cum Jacobsio in Pors. *Advv.* p. 290. equidem contendere non ausim.

Καλυδὼν μὲν ἥδε γαῖα κτλ. Sunt versus Euripidis ex initio Prologi deperditi dramatis, cui nomen erat Meleagro. Totum fragmentum sic scriptum est in Valckenaerii *Diatrib.* p. 137.

Καλυδὼν μὲν ἥδε γαῖα, Πελοπείας χθονὸς
Ἐν ἀντιπόρθμοις, πεδί' ἔχουσ' εὐδαίμονα.
Οἰνεὺς δ'ἀνάσσει τῆςδε γῆς Αἰτωλίας,
Πορθάονος παῖς· ὅς ποτ' Ἀλθαίαν γαμεῖ,
Λήδης ὅμαιμον, Θεστίου δὲ παρθένον.
[Οὗτος] ποτ', ἐκ γῆς πολύμετρον λαβὼν στάχυν,
Θύων ἀπαρχὰς οὐκ ἔθυσε [παρθένῳ]
Ἀρτέμιδι.

Reitzius edidit ex *Schol. ad Arist. Ran.* 1236. *Πελοπίης*, quod tamen in versu stare nequit, optione autem data, utrum ex Cod. Oxon. legatur *Πελοπίας*, an *Πελοπείας* cum Aristot. Rhetor. 3. 9. parum refert. Vid. Valcken. l. l. p. 139. Quod autem animadvertit ultima hujus *ῥήσεως* Luciani fuisse instituto magis accommodata, insulse haec, *ἀκαίρως καὶ ἀπροςδιονύσως*, allegantem Stoicum, ut inani ostentatione praesentibus convivis suam eruditionem expromeret, de industria Lucianum ita finxisse, ut tota res magis ridicula evaderet, nemo non videbit. Cf. Barnes. ad hoc fragm. in *Eurip. Beckii* T. II. p. 485.

συὸς μέγιστον χρῆμ' κτλ. Ex Sophocl. *Meleagr. Fragm.* I. 157. ed. *Dindorf.*

§. 26. *πρὸςχάριν αὐτῷ σύνεστιν.* Sensu turpissimo h. l. usurpari, observat Graevius, ut Latinis *ad obsequium* per *euphemismum* pro obsequio illo turpi, quo quis corporis sui copiam facit alii. Sic dicitur *ἐξομιλεῖν τινα πρὸς χάριν*, quod Cl. Bakius in Bibl. Crit. Nov. Vol. II. p. 88 interpretatur: *voluptatis blandimentis aliquem ad pravitatis consuetudinem redigere, tanquam ex honestatis studio avocatum.* Similiter fere *Luc. Tor.* 12 et 15 *πρὸς ἡδονὴν συνεῖναι* sive *ὁμιλεῖν*. Etiam honesto inter-

dum sensu sumitur, ut *Demosth. de Cherson* p. 903. ἔδει μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοὺς λέγοντας ἅπαντας ἐν ἡμῖν μήτε πρὸς ἔχθραν ποιεῖσθαι λόγον μηδένα, μήτε πρὸς χάριν. *Stob. Eclog.* p. 183. αὐστηρόν τε λέγεσθαι τὸν σπουδαῖον, καθ' ὅσον οὔτε προσφέρει τινὶ οὔτε προσίεται τὸν πρὸς χάριν λόγον. *Soph. Phil.* 1156. πρὸς χάριν τινὶ λέγειν. *Antig.* 30. Eadem propemodum ratione accipiendum est πρὸς ἡδονὴν, quo valet lat. *sponte.* Alciphr. Ep. III. 6. *Anton. Liberal.* c. 20. *Aristid. Ep.* I. 1 et 13. Cf. Dorvill. ad *Char.* p. 554. Brunck. ad *Arist. Ran.* 1457. Jacobs. ad *Anth. Pal.* p. 756. Wytt. ad *Plut.* Vol. VI. p. 452 sqq. Bast. *Ep. Crit. ad Boisson.* p. 225. Hermann. ad *Luc. de Conscr. Hist.* p. 230.

καὶ ἄν τι προσέθηκα. Eleganter et plane ex usu Lucianeo Fritzschius *Quaest. Luc.* p. 208. conjecit τάχ' ἄν τι καὶ προσέθηκα, ut *Alex.* 39. *Jov. Trag.* 26. *Dem. Enc.* 25., quibus alia multa addi possunt. Schaeferus ad *Greg. Corinth.* p. 44. τάχα et ἄν sic posita ἰσοδυναμοῦντα habuit, ut τάχ' ἄν vix differret a τάχα ἴσως, τάχα που; sed ipse vir egregius suum errorem animadvertit in *Appar. Crit. ad Dem.* T. III. p. 417. ubi hanc opinionem retractavit. Sed nihil h. l. mutandum est. *De Sacrif.* 6 καὶ εἴγε μὴ οἱ Λήμνιοι — αὐτὸν ὑπεδέξαντο, κἂν ἐτεθνήκει ἡμῖν ὁ Ἥφαιστος, et sic permultis locis. *De Merc. Cond.* 33. *Jov. Trag.* 40. *Tox.* 30. *Navig.* 21. *Philops.* 16. aliis.

εἰ θέλεις. Cod. Par. 2955. dedit εἴγε θέλεις. Notandum est Graecos ubi verba εἰ θέλεις, εἰ βούλει urbanitatis causa interponuntur, semper indicativo usos esse, optativo autem εἰ θέλοις, εἰ βούλοιο nun-

quam. Mox pro παιδαγωγοῦ Ed. Junt. legit παιδαγογοῦ, pejus etiam Aldin. 2. πεδαγογοῦ· recte αὐτοῦ vulgo additum ejecit Lehmannus ex Codd. Oxon. et Gorl. et Edd. Bas. I et 3.

π ε ρ ι σ π ά σ α ς. Sic Gorl. Oxon. Par. 2955. et Gallaei coll., Reitzius vulgatam ἀποσπάσας ne probatione quidem indigere putat. Mihi magis verbum περισπᾶν propterea blanditur, quod *doli mali* notio ei adjuncta est, quo discipulos ad suam disciplinam alterum a se pertraxisse significat Stoicus. Simile quid observavit Lehmannus. Cf. Schneider ad *Xenoph.* Anab. I. 5. 3. De verbo ἀποσπᾶν Hemsterh. ad *Dial. Deor.* XX. 5.

TANTUM.



THESES.

I.

Injuria a quibusdam Lucianus auctor habetur impurus.

II.

Lucianus utrum prodesse Christianis, an obesse voluerit, ex ejus scriptis non liquet (cf. Kestner *Agap.* p. 505. sqq.).

III.

Inconsiderate Creuzerus symposium Lucianeum totum ad irridendum Platonicum scriptum esse statuit.

IV.

In Demosth. *Orat. de male gesta leg.* § 383. l. 23. *Καὶ γάρ τοι πρῶτον μὲν Ἀμφίπολιν, πόλιν ὑμετέραν δούλην κατέστησε, ἣν τότε σύμμαχον κτλ.*, expungendum est vocab. *δούλην*, atque locus sic scribendus: — *Καὶ γάρ τοι πρῶτον μὲν Ἀμφίπολιν πάλιν ὑμετέραν κατέστησε κτλ.*

V.

Egregia est Schaeferi emendatio *Herod.* Lib. VII. 38. pro *χρήσαις ἄν τι τεῦ* legentis *χρήσας ἄν τί σευ κτλ.*

VI.

Valckenaerius ad *Eurip. Hippol.* vs. 785 in versu Pherecratis apud Stobaeum:

Πολλοῖς ἐμαυτὸν ἐγκυλῖσαι πράγμασι.

pro *ἐγκυλῖσαι* perperam reponit *ἐγκυκλῆσαι.*

VII.

Probanda est ejusdem sententia *Eurip. Phoeniss.* vs. 1370 tanquam spurium esse ejiciendum.

VIII.

Merito idem Valckenaerius verba quae leguntur *Herod.* Lib. VI. 122 pro spuriis habuit; uno autem tenore sic legendum videtur: *πάντα ἐμηχανᾶτο, καὶ οἱ Ἀλκμαιονίδαι κτλ.*

IX.

Expungatur versus 206 *Homeri Iliad.* II.

X.

In *Plauti Asinar.* I. 1. 87

Jubeasne una opera me piscari in aëre,
Venari autem *rete* jaculo medio in mari.

pro *rete* scribendum *cete.*

XI.

Quaecunque A. Gellius Lib. XII. c. 11. de Peregrino Proteo bona ac praeclara praedicat, non refragantur iis, quae a Luciano de eodem traduntur.

1840.